

PROF. BALTHASAR CELLARIUS

Fakultät	Theologische Fakultät
Geboren	1614 in Rottleben bei Frankenhausen (Thüringen)
Gestorben	1671 in Helmstedt
Kurzvita	Theol. Prof. in Helmstedt (1648–1671);
Studium in Helmstedt	Immatrikulation in Helmstedt: M(agister) Balthasar Cellarius Francohusanus Thuringus (02.09.1642)
Ehefrauen	Elisabeth Cellarius geborene Gesenius (03.11.1633–30.03.1702), Heirat 1648
Quelle	
GND	https://d-nb.info/gnd/123353874
Permalink	https://uni-helmstedt.hab.de/prof-39-cellarius

Lehrstühle

1648–1671 Lehrstuhl für [o. A.], Helmstedt

Vorlesungen (55)

Balthasar Cellarius M. ni exponendis Augustanae Confessionis articulis usq. ad XIX pervenit., Wintersemester 1648/1649

M. Balthasar Cellarivs controversias, quae nobis cum Pontificijs intercedunt, publice enarrabit, ordinem in Tridentino concilio observatum secuturus. [...], Sommersemester 1650

[...] De ijs quoq;, quae proposita fuerint, si id auditoribus suis probari intellexerit, vel publice vel privatim disputabit., Sommersemester 1650

Balthasar Cellarivs D. interpretationem Evangelistae Matthaei, quam non ita pridem inchoavit, summo studio continuabit, operamq; simul dabit, ut controversias reliquas, juxta concilij Tridentini ductum, publicis disputationibus exponat., Sommersemester 1652

Balthasar Cellarivs D. quam primum; quae in Matthaei Evangelio adhuc exponenda restant, absolverit, Evangelistae Marci interpretationem inchoabit., Wintersemester 1652/1653

Balthasar Cellarius D. Evangelium S. Lucae publice interpretabitur; [...], Sommersemester 1653

[...] & privatim unum vel alterum exercitium instituet., Sommersemester 1653

[...] de Purgatorio quoque, Invocatione, veneratione & reliquiis Sanctorum, sacris item imaginibus, & indulgentijs, juxta ductum Sess. XXV & ultimae Concilij Tridentini, disputabit., Sommersemester 1654

Balthasar Cellarivs D. Evangelium S. Iohannis publice exponet; [...], Sommersemester 1654

[...] Disputatoria quoque & concionatoria exercitia haut insuper habebit., Sommersemester 1655

Balthasar Cellarius D. S. Paul epistolas ordine enarrabit, eaque, quae ad Romanos scripta est, absoluta, priorem ad Corinthios interpretabitur: [...], Sommersemester 1655

[...] Collegium quoque concionatorium practicum aperiet, nec non disputationes ad Concilium Tridentinum reliquas, quarum aliquas jam tum confectas habet quamprimum officium respondentis subituri sese obtulerint, pertextet., Sommersemester 1656

Balthasar Cellarivs D. posteriorem epistolam ad Corinthios publice exponet, singulaque ejus capita simul disputando percurrat. [...], Sommersemester 1656

[...] & Indulgentiis publice disputabit., Wintersemester 1656/1657

[...] & una cum textu sacro publicae disquisitioni subjiciet, collegium concionatorium practicum continuabit, ac de sacris imaginibus [...], Wintersemester 1656/1657

Balthasar Cellarivs D. S. Pauli epistolas ad Galatas & Ephesios exponet, ex quolibet capite aphorismos aliquot theologicos formabit, quos ad calamum dictabit [...], Wintersemester 1656/1657

[...] Exercitia quoque tam disputatoria quam concionatoria minime posthabebit., Sommersemester 1657

Balthasar Cellarivs D. ea, qua coepit, ratione S. Pauli epistolas interpretari perget., Sommersemester 1657

Disputationibus quoque ad concilium Tridentinum habitis unam atq; alteram appendicis loco aut subjunget, aut praecipuas controversias cum Reformatis, quae nostris Ecclesiis intercedunt, disputando proponet., Sommersemester 1658

Balthasar Cellarius D. doctrinae de passione & morte Servatoris nostri Jesu Christi, quam hactenus tradidit, nona ad gloriosam ejus resurrectionem spectantia subjiciet, ac deinceps ad interpretationem Paulinarum epistolarum revertetur. [...], Sommersemester 1658

Balthasar Cellarivs D. quamprimum epistolam ad Ephesios absolverit, quod paucas intra hebdomadas fiet, [...], Sommersemester 1659

[...] eandemque una cum aphorismis e quolibet capite selectis publicae disquisitioni subjecerit, ad sequentem sine mora transibit., Sommersemester 1659

[...] Disputationes insuper contra Reformatos ea, qua coepit, methodo continuabit., Wintersemester 1659/1660

Balthasar Cellarivs D. exigente sic ordine, epistolam ad Philippenses publice interpretabitur, quam & finita interpretatione cum aphorismis, quos ad unumquodque caput dictabit, consueto more publico exponet examini. [...], Wintersemester 1659/1660

[...] Ex unoquoque autem capite certos depromet aphorismos, quos finita interpretatione cum textu apostolico publicae subjiciet disquisitioni. [...], Sommersemester 1660

[...] Publicas insuper disputationes alias, quoad per negotia Ecclesiastica licuerit, continuabit., Sommersemester 1660

Balthasar Cellarivs epistolam S. Pauli ad Colossenses publice exponet, eaque absoluta ad interpretationem prioris ad Thessalonicenses accedet. [...], Sommersemester 1660

[...] Vnam quoque & alteram disputationibus illis quinque jam tum editis adjiciet., Sommersemester 1661

Balthasar Cellarivs D. S. Pauli posteriorem Thessalonicenses epistolam publice exponet, expositioni aphorismos ex unoquoque capite subjiciet, eosdemque una cum textu apostolico publicae disquisitioni more hactenus recepto subjiciet. [...], Sommersemester 1661

Balthasar Cellarivs D. ubi per Dei gratiam pristinae valetudini restitutus fuerit, S. Pauli priorem ad Timotheum Epistolam, ea, qua solet methodo publice explicabit., h. e. textus declarationi ex unoquoque capite aphorismos Theologicos subjunget, quos deinceps una cum textu apostolico stans horis publicae disquisitioni sujiciet. [...], Wintersemester 1661/1662

[...] Continuabit quoque, quoad per alia negotia licuerit, disputationes publicas, in quibus doctrinam Reformatorum debita cura & modestia expendit. Harum quinque jam tum lucem viderunt., Wintersemester 1661/1662

Balthasar Cellarius D. quamprimum a magistratu abierit, utramque S. Pauli ad Timotheum epistolam publice explicabit, [...], Sommersemester 1662

[...] & exercitium disputatorium publicum continuabit., Sommersemester 1662

[...] Vnam atque alteram quoque disputationem prioribus adjiciet., Wintersemester 1662/1663

Balthasar Cellarivs D. quam primum priorem S. Pauli ad Timotheum epistolam, circa quam adhuc occupatur, expediverit, ad posteriorem sine mora progredietur, eaque pariter absoluta epistolam ad Titum ordietur. [...] Legit ter singulis septiamis, nempe die Lunae, Martis & Veneris, & quidem hora IX., Wintersemester 1662/1663

Balthasar Cellarivs D. deinceps interpretabitur epistolas S. Pauli ad Titum & Philemonem, iisdemque absolutis ad interpretationem epistolae ad Ebraeos progredietur. [...], Sommersemester 1663

[...] Pro recepto quoque hactenus more ipsum textum apostolicum cum aphorismis, quos ex quolibet capite ad calamum dictare solet, publice examini subjicere perget., Sommersemester 1663

Balthasar Cellarivs D. ubi epistolam S. Pauli ad Philemonem absolverit eamque cum epistola ad Titum, quam hactenus interpretatus est, publico exposuerit examini, epistolam ad Ebraeos interpretari incipiet., Wintersemester 1663/1664

[...] publico exponet examini, istoque labore finito ad catholicarum epistolarum interpretationem progredietur., Sommersemester 1664

Balthasar Cellarivs D. quamprimum tria posteriora capita, quae in epistola ad Ebraeos adhuc exponenda restant, absolverit, ipsum epistolicum textum additis ad singula capita nonis aphorismis, [...], Sommersemester 1664

Balthasar Cellarivs D. catholicas epistolas deinceps publice interpretabitur, facto initio ab epistolis S. Iohannis, quarum interpretationem ubi finierit, eas cum aphorismis textui additis, publico quoque examini exponet., Wintersemester 1664/1665

Balthasar Cellarivs D. in interpretatione catholicarum epistolarum progredietur, & quamprimum dominicae resurrectionis hisotiram exposuerit, S. Petri epistolas interpretari incipiet, [...], Sommersemester 1665

[...] eademque deinceps etiam publicae disquisitioni subjiciet., Sommersemester 1665

Balthasar Cellarivs D. ubi S. Petri epistolas interpretando & disputando absolverit, quod intra breve temporis spatium fiet, epistolas S. Iacobi & S. Iudae eadem ratione pertractabit., Wintersemester 1665/1666

Balthasar Cellarivs D. quam primum e Catholicis illis, quas vocant, ultimam, nempe S. Judae epistolam absolverit, Apocalypsin S. Iohannis, quae teste Hieronymo, tot habet Sacrament, quot verba, exponere incipiet., Sommersemester 1666

Balthasar Cellarivs D. expeditis illis, quae enarrationem Apocalypseos S. Iohannis hactenus remorata sunt, negotiis, eam sine ulteriori mora auspicabitur., Wintersemester 1666/1667

Balthasar Cellarivs D. in exponenda S. Iohannis Apocalypsi perget, eaque absoluta difficiliora N. T. loca interpretabitur, disputatoria exercitia, quantum per Ecclesiasticas pccupationes alias licuerit, minime neglecturus., Sommersemester 1667

Balthasar Cellarivs D. ubi difficilimi N.T. libri, qui Apocalypsis S. Iohannis inscribitur, interpretationem ad finem perduxerit, difficiliora loca Scripturae in N.T. extantia exponere incipiet, Wintersemester 1667/1668

Balthasar Cellarivs D. paucis illis, quae in Apocalypsi S. Iohannis adhuc exponenda supersunt, expositis difficiliora loca in quatuor Evangelistarum libris passim obvia exponere incipiet. Docet hora nona matutina., Sommersemester 1668

Balthasar Cellarivs D. difficiliora Novi Testamenti loca propediem exponere incipiet, initio facto ab iis, quae in Evangelio S. Matthaei occurrunt. Docet hora nona., Wintersemester 1668/1669

Balthasar Cellarivs D. quam primum per alia licuerti negotia, vel difficiliora N.T. loca exponere, vel aliud, quod Theologiae Studiosis proficuum esse arbitrabitur, argumentum tractare incipiet., Sommersemester 1669

Balthasar Cellarivs D. statis horis Augustanam Confessionem publicum sub examen vocabit Docet hora IX., Wintersemester 1669/1670

Balthasar Cellarivs D. Quamprimum Exercitationes in Augustanam Confessionem, quas partim ob intensissimum frigus, partim ob adversam valetudinem ad tempus intermittere necesse habuit, absolverit, ad interpretationem Novi testamenti redibit, & difficiliora Evangelistae Matthaei loca interpretabitur., Sommersemester 1670

Balthasar Cellarivs D. Quam primum per adversam valetudinem licuerit, in enodandis N.T. locis difficilioribus ita progredietur, ut singulis horis unum caput expediat, [...], Sommersemester 1671
 [...] idque, ne disputatoria exercitia desiderantibus desint, deinceps publice examini exponet., Sommersemester 1671

Dissertationen (55)

De Consequencia Syllogismorum Coniunctorum Disputatio Logica, 19.06.1644. VD17 23:324063Z

De Consequencia In Genere Et In Specie De Ea, Quae Extra Syllogismum inter propositiones est Disputatio Logica, 19.08.1641. VD17 547:676127R

De Consequencia Syllogistica Dissertatio Logica, 21.10.1643. VD17 23:324070H

Theologicis exercitatio De principiis et conclusionibus, 30.06.1653. VD17 23:327397D

Disputatio theologica De libero arbitrio, 30.09.1652. VD17 23:253903N

Disputatio decima De sacrificio missae, 08.05.1652. VD17 3:010365D

Disputatio theologica De sacramento baptismi, 14.07.1652. VD17 23:253881U

Disputatio octava De extrema unctione, 06.12.1651. VD17 3:010362F

Disputatio nona De communione sub utraque et parvulorum, 11.02.1652. VD17 23:253340H

Disputatio sexta De ss. Trinitate personarum in deo, 29.10.1651. VD17 n. gefunden

Disputatio quarta De aeterna beatitudine ac damnatione, 24.09.1651. VD17 n. gefunden

Disputatio theologica De erroribus circa deum opt. max. in ecclesia obortis, 16.06.1653. VD17 23:271999Q

Disputatio quinta De deo opt. max., 11.10.1651. VD17 3:018177Z

Disputatio tertia De statu animae post mortem, resurrectione mortuorum et supremo iudicio, 03.09.1651. VD17 n. gefunden

Disputatio secunda De sacra scriptura, 06.08.1651. VD17 3:018177Z

Disputatio prima De constitutione natura et partibus theologiae, 12.07.1651. VD17 3:018177Z

Disputatio sexta De eucharistia seu coena domini, 09.04.1651. VD17 3:018078B

Disputatio theologica De unione personali duarum naturarum in Christo , 26.02.1651. VD17 23:276745N

Disputatio theologica De republica spirituali seu ecclesia, 18.01.1651. VD17 3:010333U

Disputatio prima De scriptura sacra, 21.08.1650. VD17 1:077248H

- Disputatio theologica De ecclesia, 28.06.1650. VD17 23:253878R
- Disputatio quinta De sacramentis in genere, et in specie de baptismo et confirmatione, 08.03.1650. VD17 547:670361F
- Disputatio quarta De bonis iustificatorum operibus, 30.10.1650. VD17 1:077255S
- Disputatio secunda De peccato originis, 04.09.1650. VD17 1:077250D
- Disputatio tertia De iustificatione, 02.10.1650. VD17 1:077253B
- Disputatio duodecima De matrimonio, 22.10.1653. VD17 23:253899M
- Disputatio decima tertia De purgatorio, 19.04.1654. VD17 23:253906L
- Disputatio theologica De peccato, 29.04.1654. VD17 23:253910W
- Disputatio decima quarta De cultu sanctorum, 30.08.1654. VD17 3:010372N
- Disputatio theologica De baptismo cum primis vero de baptismo parvulorum, 13.09.1654. VD17 23:249001W
- Disputatio theologica Contra communionem sub una, 27.06.1655. VD17 23:253915K
- Disputatio decima quinta De sanctorum reliquiis earumque cultu et veneratione, 30.06.1656. VD17 3:010374C
- Disputatio decima sexta De sacris imaginibus, 28.02.1657. VD17 3:010376T
- Disquisitio De unctura sepulchrali christi servatoris, 26.03.1657. VD17 1:050852Q
- Positiones theologicae De praecipuis fidei orthodoxae controversiis, 13.05.1657. VD17 23:253924H
- Dissertatio historica sacra De catechumenis, 30.06.1657. VD17 12:170754H
- Disputatio decima septima et ultima De indulgentiis, 31.08.1657. VD17 23:252772L
- Disputatio prima De primo religionis christianae principio, 23.07.1659. VD17 7:705959U
- Disputatio secunda De divina rerum scientia, futurorumque contingentium praescientia, 20.08.1659. VD17 3:010321X
- Disputatio tertia De divina voluntate, 24.09.1659. VD17 3:010323N
- Disputatio theologica De visione dei, 15.10.1659. VD17 23:253936E
- Theses De aurea salutis catena e cap. IIX. ad Roman. vers. sq, 30., 03.01.1660. VD17 3:010329H
- Disputatio theologica De unigeniti dei filii incarnatione, 04.02.1660. VD17 3:668385F
- Disputatio quarta De divina bonitate, 11.02.1660. VD17 3:010325C
- Disputatio theologica De peccato originis, 14.04.1660. VD17 3:010338G
- Disputatio quinta De nonnullis scripturae locis divinae bonitati in speciem contrariis, 26.09.1660. VD17 3:010327T
- Disputatio theologica De angelis et praecipue iis, qui veritate, in qua initio a deo sunt conditi, perstiterunt, 30.01.1661. VD17 23:651524M
- Exercitatio academica De pontificiorum sacrificio missae, 19.12.1663. VD17 14:067316A
- Dissertatio theologica De communionem sub utraque specie, 15.09.1666. VD17 1:053493Q
- Dissertatio theologica De Praedestinatione, 27.03.1667. VD17 23:630228Q
- Disputatio inauguralis theologica Pontificiorum novitati, qua sacri calicis usu laici prohibentur, opposita, 07.08.1670. VD17 3:006433X
- Exercitationes Theologicae Duae contra Pontificios, 1668. VD17 39:129821U

Disputatio De Natura Theologiae , 13.08.1651. VD17 12:169841V

Disputatio Theologica De Poenitentia Contra Pontificos , 30.08.1651. VD17 3:022680G

Disputatio Theologica De Bonorum Operum Studio Omnibus, Qui Salvari Cupiunt, Summopere Necessario , 31.05.1651. VD17 3:010335K

Beteiligung an Dissertationen (1)

Respondent in: Georg Calixt (Präses): Disputatio theologica De cultu sanctae virginis mariae apud pontificos, 04.12.1650. VD17 23:234885X

Beteiligung an Reden und Programmen (2)

contributor in: Heinrich Uffelmann: Programma In Funere Maximè Reverendi, Ampliſimique Viri Dn. Balthasar Cellarii S. Theologiae Doctoris, ..., 29.09.1671. VD17 23:261080N

contributor in: Heinrich Uffelmann: Programma Exercitationibus Ethicis, ad pulcherrimum Nicomachiorum Volumen publice instituendis, praemissum, 07.03.1669. VD17 23:252464C

Rechenschaftsberichte

Zeitraum	31.12.1652–28.02.1653
Text	Ianuaris Anno 1653 / Propter multas variasque conciones, quarum aliquas et edere necesse habui, hoc mense publicis praelectionibus vacare non potui / Balthasar Cellarius Doctor / [angeklebter, weiterer Bericht:] Februarius / Die 7 huius mensis Evangelium Sancti Marci publice interpretari coepi, quam operam diebus 8,11,14, 15, 17, 21, 22, 25 [et] 28 continuavi / Balthasar Cellarius Doctor
Quelle	37 Alt 204, H.1, 77
Zeitraum	31.03.1653
Text	Mense Aprilis Anno 1653 / Propter multas easque varias conciones, quas in hebdomada magna ac festo paschatos me habere oportuit, hoc mense tantummodo diebus 25, 26 et 29 legere potui / Balthasar Cellarius Doctor
Quelle	37 Alt 204, H.1, 39
Zeitraum	02.05.1653–20.05.1653
Text	Anno 1653 / Mense Maio / Inchoatam nuperrime Evangelistae Lucae interpretationem continuavi diebus 2,3,69, 10, 13, 16, 17 [et] 20 quo et caput VI absolvi / Reliquis vero huius mensis diebus propter instans festum Pentecostes pergere non potui / Balthasar Cellarius Doctor
Quelle	37 Alt 204, H.1, 38
Zeitraum	31.05.1653
Text	Anno 1653 / Mense Iunii/ Ob febriculam, quae per aliquot dies me detinuit, promotionem item doctoralem et magistralem academicam, quae mihi adeunda fuit, officium facere non potui. / Balthasar Cellarius Doctor
Quelle	37 Alt 204, H.1, 40
Zeitraum	01.12.1653–31.12.1653

Text	Propter quotidianas et propemodum continuas interpellationes variasque occupationes, quas magistratus academicus mihi creavit, vix potui demandato munere Ecclesiastico ritu defungi, tantum abest, ut per trimestre hocce spatium, quod proxime praecessit publicis praelectionibus debitam potuerim impendere operam / die ultimo decembris Anno 1653 / Balthasar Cellarius doctor pro tempore ViceRector
Quelle	37 Alt 204, H.1, 113, 122 (Duplette)
Zeitraum	31.12.1654
Text	Mense Ianuario Anno 1655 / Propter vehemens frigus et ex eo obortum catarrhum publice Et [?] legendo officium facere non potui. / Balthasar Cellarius
Quelle	37 Alt 2489, 11
Zeitraum	31.01.1655
Text	Mense Februario / Legi diebus 5,6,8,9,12,13,15,16,19,20,22,23,26 [et] 27 / Balthasar Cellarius Doctor
Quelle	37 Alt 2489, 12
Zeitraum	28.02.1655
Text	Mense Martio / Legi die 5,6,20,22,23,26,27,29 [et] 30 Quominus vero reliquis diebus officium facere potuerim filioli natu minimi insultus epileptici propemodum continui eosdemque insecutus obitus impedimento fuere / Balthasar Cellarius Doctor
Quelle	37 Alt 2489, 14
Zeitraum	31.03.1655
Text	Mense Aprili / Legi diebus 2,3,5 [et] 6 Hebdomade vero magna Celebriores propter conciones publicis [?] lectionibus vacare non licuit.
Quelle	37 Alt 2489, 13
Zeitraum	01.05.1655–30.05.1655
Text	Anno MDCLV / Mense Maio / Legi diebus 1, 3, 4, 7, 8, 10,11,14, 15, 17,18, 21, 22, 25, 28 [et] 29 Propter instans vero festum Pentecostes die 30 lectioni vacare non potui / Balthasar Cellarius Doctor
Quelle	37 Alt 204, H.2, 16
Zeitraum	11.06.1655–29.06.1655
Text	Anno MDCLV / Mense Iunio / Legi diebus 11, 12, 14, 15, 18, 19, 21, 22, 25, 26,28 [et] 29 / Balthasar Cellarius Doctor
Quelle	37 Alt 204, H.2, 15
Zeitraum	16.07.1655–31.07.1655
Text	Anno MDCLV / Mense Iulio / Propter iter academiae causa susceptum usque ad 16 huius mensis diem legere non potui / Domum vero reversus lectiones dicto die iterum inchoavi easdemque continuavi diebus 17, 19, 20, 23, 24, 26,

Quelle	27, 30 [et] 31 Hoc ipso mense quoque contra Communium [sub Una] publice disputavi / Balthasar Cellarius Doctor 37 Alt 204, H.2, 17
Zeitraum	02.08.1655–31.08.1655
Text	Anno MDCLV / Mense Augusto / Ob disputationes aliquot inauguales legendo officium facere non potui diebus 2, 7 [et] 14 / Reliquis vero diebus id, quod officii ratio postulabat, praestiti / Balthasar Cellarius Doctor
Quelle	37 Alt 204, H.2, 18
Zeitraum	03.09.1655–30.09.1655
Text	Anno MDCLV / Mense Septembris / Legi diebus 3 et 4 quo epistolam ad Romanos interpretando absolvi / Residuos vero dies visitandis Ecclesiis impendere necesse habui / Balthasar Cellarius Doctor
Quelle	37 Alt 204, H.2, 19
Zeitraum	10.01.1656–29.01.1656
Text	Mense Ianuario / Anno 1656/ Legi diebus 10, 11, 14, 18, 21, 22, 24, 25, 28, 29 / Balthasar Cellarius Doctor
Quelle	37 Alt 204, H.2, 20
Zeitraum	04.02.1656–29.02.1656
Text	Anno 1656 / Mense Februario / Legi die 4,5,7,8,11,12,14,15,21,22,25,26,28,29 quo et priorem ad Corinthios epistolam absolvi / Balthasar Cellarius Doctor
Quelle	37 Alt 204, H.2, 21
Zeitraum	29.02.1656
Text	Anno 1656 / Mense Martio / Menstruum hocce spatium partim concionibus partim disputationibus impendi: quanque aliqua, ut spero, lucem perpediem videbunt / Balthasar Cellarius Doctor
Quelle	37 Alt 204, H.2, 22
Zeitraum	17.04.1656–30.04.1656
Text	Mense Aprili Anno 1656 / Anno 17 huius mensis die usque ad finem statis diebus legi / Balthasar Cellarius Doctor
Quelle	37 Alt 204, H.2, 23
Zeitraum	01.05.1656–31.05.1656
Text	Mense Maio Anno 1656 / In publicis lectionibus perrexi diebus 1,2,5,6,8,9,12 [et] 13 / Sequentibus autem diebus partim ob mutationem edium ruinam minitantium partim ob festos dies Adscensionis domini et Pentecostes progredi, non vacavit / Balthasar Cellarius Doctor
Quelle	37 Alt 204, H.2, 54
Zeitraum	17.06.1656–30.06.1565

Text	Mense Iunio Anno 1656 / Ob iter, quod iussu Academiae suscipere necesse habui, ad publicos labores die 16 reverti demum licuit, quos continuavi diebus 17, 19, 20, 26, 27 [et] 30 / Intervenienti autem festum Sancti Iohannis lectionem die 24 et 25 intercepti / Concionem funebrem typis exscribendam dedi et libellum de consequentia edidi / Balthasar Cellarius Doctor
Quelle	37 Alt 204, H.2, 52
Zeitraum	03.07.1656–31.07.1656
Text	Mense Iulio Anno 1656 / Legi diebus 3, 4, 7, 8, 10, 11, 14, 15, 17, 18, 21, 22, 24, 25, 28, 29 [et] 31 disputationem quoque publicam de cultu sacrarum reliquiarum habui / Balthasar Cellarius Doctor
Quelle	37 Alt 204, H.2, 53
Zeitraum	01.08.1656–28.08.1656
Text	Mense Augusti Anno 1656 / Perrexi legendo diebus 1, 4, 5, 7, 8, 11, 12, 14, 15, 19, 21, 22, 25, 26, 28, 29 ac concionis funebris editionem & curavi / Balthasar Cellarius Doctor
Quelle	37 Alt 204, H.2, 55
Zeitraum	13.10.1656–31.10.1656
Text	Mense Octobris Anno 1656 / Post finitam Academiae visitationem in ordinarias publicas operas redii die 13 huius mensis easdemque diebus 14, 16, 17, 20, 21, 23, 24, 27, 28, 30 [et] 31 continuavi / Balthasar Cellarius
Quelle	37 Alt 2489, 59
Zeitraum	03.11.1656–28.11.1656
Text	Mense Novembri Anno 1656 / In exercitationibus ad II epistolam ad Corinthios perrexi diebus 3, 4, 6, 7, 10, 11, 13, 14, 20, 21, 24, 25, 27 [et] 28 / Propter disputationem vero inauguralem, actum doctoratus et subsecutas nundinas die 11, 13, 17 [et] 18 progredi non licuit / Balthasar Cellarius
Quelle	37 Alt 2489, 60
Zeitraum	01.12.1656–30.11.1656
Text	Mense Decembri Anno 1656 / Quod in 2nda epistola ad Corinthios restabat, diebus 1, 2, 4 et 5 expedii, / quo die et finem huic operae imposui / Propter dolorem vero dentium, qui propter aliquot dies me detinuit, [et] festumque imminens, novos inchoare labores non potui. / Balthasar Cellarius Doctor
Quelle	37 Alt 2489, 61
Zeitraum	31.12.1656–31.12.1656
Text	Mense Ianuario Anno 1657 / Partim propter ordinarium, partim exequialium concionum multitudinem, quasque et binae typis sunt exscriptae, publicis pro lectionibus vacare non potui. Quos tamen praetermisi dies, alio tempore compensato. / Balthasar Cellarius doctor
Quelle	37 Alt 2490, Fol. 2

Zeitraum	16.02.1657–24.02.1657
Text	Mense Februario Anno 1657 / Orsus sum intepretationem epistolae ad Galatas. / Die 16 eandemque continuavi. / Diebus 17, 19, 20, 23, 26 [et] 27 Per omnia itaque Professorio muneri, quod ex concessione serenissimorum Principum a me binas tantum lectiones quavis hebdomade requirit, satisfeci. / Die 24 Ob disputationem inauguralem legere non fuit integrum. / Balthasar Cellarius doctor
Quelle	37 Alt 2490, Fol. 4
Zeitraum	02.03.1657–28.03.1657
Text	Mense Martio Anno 1657 / Legi diebus 2, 3, 5, 6, 9, 10, 12, 13, 16, 17, 19, 20, 23 [et] 24 quo epistolam ad Galatas absolvi. / Die 4 Huius mensis de sacris imaginibus / Die 25 De unctione Christi sepulchrali publice disputavi. Reliquos vero dies anno unum omnes / Die 28 Tantum excepto concionibus impendi, hacque simul ratione sex dies mense Ianuario pretermisissos compensavi. / Balthasar Cellarius doctor
Quelle	37 Alt 2490, Fol. 3
Zeitraum	20.04.1657–30.04.1657
Text	Anno MDCLVII â festo paschatos usque ad festum Iohannis / Mense April / Ad publicas operas prius redire non licuit, quam. / Die 20, quo ut et insequenti. / Die 21 Caput 1 ad Galatas publice expositum una cum aphorismis inde excerptis et ad calamum dictatis publicae disquisitioni subieci. / Diebus 23 et 24 Pergere non potui partim ob disputationem inauguralem, partim ob concionem funebrem. / Diebus 27 et 28 Caput II ad disputandum proposui. / Die 30 Initium factum est examinis caput III. / Balthasar Cellarius doctor
Quelle	37 Alt 2490, Fol. 7
Zeitraum	01.05.1657–13.05.1657
Text	Anno MDCLVII / Mense Maio / Die 1 Opera nostra adhuc occupata fuimus [?] in examine capitis III. / Diebus 4 et 5 Impensi examini capitis IV / Diebus 8 et 11 Caput V. / Diebus 12 et 14 Caput 6. / Die 13 Publice disputavi reliquis mensis huius diebus propter festum Pentecostes et post illud susceptum ecclesiarum causa iter legere non potui. / Balthasar Cellarius doctor
Quelle	37 Alt 2490, Fol. 6
Zeitraum	01.06.1657–12.06.1657
Text	Anno MDCLVII / Mense Iunio / Venditio librorum publica sive auctio ut vocant, non permisit ut legerem. / Diebus 1, 2, 4, 5, 8, 9, 11 [et] 12 Reliqui dies usque ad festum Iohannes visitandis Ecclesiis impendendi erant. / Balthasar Cellarius doctor
Quelle	37 Alt 2490, Fol. 5
Zeitraum	15.03.1658–30.03.1658
Text	Mense Martio Anno 1658 / Cum partim ob studiosorum raritatem, partim ob frigus prope modum intolerabile ad intermissas aliquamdiu lectiones publicas prius redire non licuerit, earum iterum feci initium die huius mensis 15

	adeoque coepi proponere doctrinam de Passione Morte et satisfactione servatoris nostri Iesu Christi quam operam porro continuavi diebus 16, 18, 19, 22, 23, 26, 29 et 30. Ob festum vero Annunciationis Mariae dici solitum quod in die 25 incidebat prohibitus sum isto die facere officium. / Balthasar Cellarius doctor
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 12
Zeitraum	01.04.1658–30.04.1658
Text	Mense April Anno 1658 / In coepta de satisfactione et morte Christi doctrina perrexi diebus 1, 2, 5 et 6 huius mensis, quo ipso et finem eidem imposui. Caeterum festum Paschatos cursum lectionum intercepti. Itaque demum die 22 ad doctrinam de resurrectione Christi potui progredi, deque ea porro egi diebus 23, 26, 29 et 30 / Balthasar Cellarius doctor
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 11
Zeitraum	03.05.1658–21.06.1658
Text	Mense Maio Anno 1658 / Quae in dogmate de Resurrectione Christi exponenda restabant, exposui diebus 3, 4, 7, 10, 11, 13, 17, 18, 24, 25 et 27. Diebus vero 6, 13, 14 et 21 publicis vacare non licuit lectionibus partim ob inauguralem disputationem Iuridicam, partim ob binas orationes circa illud, quod meis lectionibus destinatum erat, tempus habitas. / Balthasar Cellarius doctor
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 10
Zeitraum	31.05.1658–31.05.1658
Text	Mense Iunio Anno 1658/ Quo minus legendo publice officium facere potuerim, multitudo concionum aliaque ad munus Ecclesiasticum pertinentia negotia impedimento mihi hactenus fuere. / Balthasar Cellarius doctor
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 9
Zeitraum	12.07.1658–23.07.1658
Text	Mense Iulio Anno 1658 / Ad ordinarias lectiones redii die 12 et ordine sic exigente coepi dicere de ascensione domini ac controversiis circa hunc articulum moveri solitis, inque doctrinam hac perrexi diebus 13, 15, 16, 26, 27, 29, 30. Impedimentis vero quibusdam praepeditus diebus 19, 20, 22, 23 docendo officium facere non potui. / Balthasar Cellarius doctor
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 15
Zeitraum	02.08.1658–27.08.1658
Text	Mense August Anno 1658 / Coeptas prius lectiones continuavi diebus 2, 3, 5, 6, 9, 10, 12, 13, 16, 17, 19, 20, 23, 26, 30, 31 Per biduum solum, nempe die 24 ob mutationem ViceRectoratus et die 27 propter disputationem publicam theologicam legere non licuit. / Balthasar Cellarius doctor
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 14
Zeitraum	02.09.1658–30.09.1658
Text	Mense Septembris Anno 1658 / Absoluta doctrina de ascensione domini

	dogma de sessione eius ad dextram DEI tractare incepti die 2 et perrexi diebus 3, 9, 10, 13, 14, 16, 17, 20, 21, 24, 27, 28, 30 quo et finem istius operae feci. Per triduum vero, videl. diebus 6 et 7 propter nundinas et die 23 propter disputationem inauguralem, lectiones intermittere debui. / Balthasar Cellarius doctor
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 13
Zeitraum	30.09.1658–30.11.1658
Text	Anno 1658 / Mensis Octobris, Novembris, Decembris / Variis de causis praepeditus per trimestre hocce publice non legi. Mense n. Octobris aliquot itinera, Wolferbytanum videlicet aliaque Ecclesiarum nomine suscepta impedimento mihi fuere. Mense Novembris partim auctio libraria heic loci instituta, partim intolerabile propemodum frigus obstitit. Mense Decembris Tussis catarhum comitata me adeo afflixit, ut non sine molestia ex cathedra Ecclesiastica saepenumero verba facere potuerim. Quae proinde lectiones a parte mea adhuc desiderantur, ut insequenti trimestri compensentur, operam dabo. / Balthasar Cellarius doctor.
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 16
Zeitraum	17.01.1659–31.01.1659
Text	Anno 1659 / Mense Ianuaris / Die 17 huius mensis expositionem epistolae ad Ephesios inchoavi / inque ea perrexi diebus 18, 20, 21, 24,25, 27, 28 [et] 31 / Balthasar Cellarius Doctor
Quelle	37 Alt 2492, 37 Alt 204, H.2, fol. 12; 137
Zeitraum	01.02.1659–28.02.1659
Text	Anno 1659 / Mense Februarii / Coeptum laborem continuavi diebus 1, 3, 4, 7,18, 21, 22, 24, 25 [et] 28 Geminas vero propter nuptias, quibus me cognationis iure interesse oportuit / diebus 8, 10,11,14,15 et 17 legere non potui / Balthasar Cellarius doctor
Quelle	37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol.13; 115
Zeitraum	01.03.1659–25.03.1659
Text	Anno 1659 / Mense Martio / Legi diebus 1, 3, 4, 7, 8,10,11,14,15,17,18, 21, 22 [et] 24 / die 25 incidebat festum conceptionis Christi, quo uti et reliquis huius mensis diebus propter concatenatos labores Ecclesiasticos legere non vacavit / Balthasar Cellarius doctor
Quelle	37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol.14; 116
Zeitraum	18.04.1659–29.04.1659
Text	Mense Aprilis Anno 1659 / Ad publicas lectiones exactis feriis Paschalibus redii die 18 easdemque continuavi diebus 19, 21, 22, 25, 26, 28 et 29 / Balthasar Cellarius doctor
Quelle	37 Alt 2492, fol.15
Zeitraum	02.05.1659–20.05.1659
Text	Anno 1659 / Mense Maio / Legi 2, 3,5,6,13,16,17,19 et 20 quo interpretationem

Quelle	epistolae ad Ephesios absolvi. / Die vero 9 propter preces publicas / die 10 propter disputationem inauguralem Iuridicam, / die 13 propter festum ascensionis domini, / ut et reliquis huius mensi diebus propter Pentecostales ferias legere non potui. / Balthasar Cellarius doctor 37 Alt 2492, fol.16
Zeitraum	01.06.1659–27.06.1659
Text	Anno 1659 / Mense Iunio / Ob negotia nonnulla, quae ratione Ecclesiastici muneris mihi in visitandis quibusdam Ecclesiis peragenda fuere usque ad diem huius mensis 27 legendi officium facere non potui / Balthasar Cellarius doctor
Quelle	37 Alt 2492, fol.17
Zeitraum	28.06.1659–29.07.1659
Text	Mense Iulio / Anno 1659 / Finita epistolae ad Ephesios interpretatione publica eam cum aphorismis ad quodlibet caput dictatis statis horis publico examini exposui / Cuius quidem exercitii initium feci die 27 Iunii idque continuavi diebus 28, 29, 30 item die Iulii 4,8,11,12,18,19,21,22, 25, 26, 28 [et] 29. / Hisce vero diebus nempe 5, 7, 11 et 12 partim propter mutationem Vice Rectoratus et inauguralem disputationem partim propter nundinas pergere non licuit / Balthasar Cellarius doctor
Quelle	37 Alt 2492, fol.18
Zeitraum	01.08.1659–25.08.1659
Text	Mense Augusto Anno 1659 / In disputatorio hoc exercitio publico iterum perrexi die 1, 2, 8, 9, 11, 15, 16, 18, 19, 22, 23 [et] 25 quo et finem operae huic imposui / Balthasar Cellarius doctor
Quelle	37 Alt 2492, fol.19
Zeitraum	31.08.1659
Text	Mense Septemberis Anno 1659 / Integro hoc mense publice legere non vacavit propter nonnullas disputationes quibus elaborandis tempus omne impendere necesse habui illarum tres lucem iam tum viderunt / Balthasar Cellarius doctor
Quelle	37 Alt 2492, fol.20
Zeitraum	30.09.1659–30.11.1659
Text	Anno 1659 / Mense Octobris, Novembris et Decembris / Per trimestre hocce spatium publice non legi, variis expeditis negotiis, cum primis vero a publica hac opera me etiam invitum avocarunt disputationes aliquot, quibus elaborandis omne, quod functioni Ecclesiasticae impendendum non fuit tempus impendere necesse habui. Ut tamen defectus hic lectionum deinceps expensetur studebo / Balthasar Cellarius doctor
Quelle	37 Alt 2492, fol. 21
Zeitraum	20.01.1660–31.01.1660
Text	Mense Ianuario Anno 1660 / Ad ordinarias lectiones reversus sum die 20

Quelle	Ianuarii, quo interpretationem epistolae ad Philippenses sum exorsus / inque ea perrexi die 23, 24, 27, 30 [et] 31 semel quoque hoc mense publice disputavi / Balthasar Cellarius Doctor 37 Alt 2493, fol. 17
Zeitraum	03.02.1660–28.02.1660
Text	Mense Februario Anno 1660 / Continuavi interpretationem epistolae ad Philippenses diebus 3, 6, 7, 9, 10, 13, 14, 16,17, 20, 21, 23, 27 et 28 / Non vero legi die 3 propter festum purificationis Mariae / Binas insuper disputationes publicas unam de Filii dei 3 incarnatione, alteram de divina bonitate, quae contra Reformatos ordinata [?] est quarta eodem mense habui / Balthasar Cellarius Doctor
Quelle	37 Alt 2493, fol.18
Zeitraum	01.03.1660–27.03.1660
Text	Mense Martio Anno 1660/ Legi porro diebus 1, 2, 5, 6, 8, 9,12, 13, 15, 16, 19, 20, 22, 23, 26 et 27, quo postremo epistolam hanc interpretando absolvi / Balthasar Cellarius Doctor
Quelle	37 Alt 2493, fol.19
Zeitraum	01.04.1660–30.04.1660
Text	Mense Aprilis Anno 1660 / Die[bus] 2 et 5 caput I / diebus 6 et 9 caput II / diebus 10 et 12 caput III / die 14 caput IV cum aphorismis ad unumquodque caput pertinentibus publico exposui examini / die vero 14 de peccato originali publice disputavi / Reliquis mensis huius diebus partim ob hebdomadam magnam, partim ob insequens festum / Resurrectionis dominicae publicas praelectiones oportuit cessare / disputatio inauguralis Iuridica cursum novum [?] operis die 3 intercept / Balthasar Cellarius Doctor
Quelle	37 Alt 2493, fol. 20
Zeitraum	13.04.1660–31.05.1660
Text	Mense Maio Anno 1660 / Ultima disquisitio super epistolam ad Philippenses et aphorismos inde desumptos fuit habita die 13 Aprilis / Ex illo tempore cum propter hebdomadam magnam inque ea quotidianos labores Ecclesiasticos, tum propter insequens festum Paschatos aliaque impedimenta ad publicas lectiones prius redire non licuit quam mensis huius die 17 quo auspicatus sum interpretationem epistolae Sancti Pauli ad Colossenses et perrexi diebus 18, 21, 22, 24, 25, 29 / Ob festum vero memoriae ascensionis dominicae sacratum non legi die 31 / Balthasar Cellarius Doctor
Quelle	37 Alt 2493, fol.21
Zeitraum	01.06.1660–24.06.1660
Text	Mense Iunio Anno 1660 / Continuavi interpretationem epistolae ad Colossenses diebus 1, 4,5,6,7 et 8 quo caput 2 absolvi / Deinceps vero ob festum Pentecostes, diem poenitentialem et nonnulla negotia cum senatu oppidano circa rationes Ecclesiasticas mihi communia, usque ad festum Sancti Iohannis sub 24. diem huius mensis publicae lectiones cessarunt / Balthasar

Quelle	Cellarius Doctor 37 Alt 2493, fol.22
Zeitraum	25.06.1660–31.07.1660
Text	Mense Iulio Anno 1660 / Altero statim die a celebrato festo Iohannis Baptistae h.c. die 25 Iunii ad lectiones publicas redii, quas continuavi diebus 26, 28 et 29 / Perrexi insuper mensis Iulii diebus 3, 5, 6, 13, 16, 17, 19, 20, 23, 24, 26, 27, 30 [et] 31 / Non vero legere licuit die 2 propter festum visitationis Mariae / diebus 9 et 10 propter nundinas / die 12 propter mutationem ViceRectoratus / Balthasar Cellarius Doctor
Quelle	37 Alt 2493, fol.23
Zeitraum	31.07.1660–24.08.1660
Text	Mense Augusto Anno 1660/ Interpretatio epistolae ad Colossenses ad finem fuit perducta die Iulii 31 / Ex eo tempore statis horis nempe diebus 2, 3, 6, 7, 9, 13, 17, 20, 21, 23 et 24 huius mensis Augusti textum applicatum cum aphorismis inde desumptis et ad calamum dictatis publicae disquisitioni exposui / Propter disputationes vero inaugurales binas <disp.> diebus 14 et 16 officium facere non vacavit / Semel etiam illud inhibuit indictum Consistorium publicum, quod fuit habitum die huius mensis decimo / Balthasar Cellarius Doctor
Quelle	37 Alt 2493, fol.24
Zeitraum	31.08.1660
Text	Mense Septembris Anno 1660/ Tam propter iter necessarium, quam propter alia impedimenta varii generis hoc mense non potui publicis operis vacare / Semel interim publice disputavi / Balthasar Cellarius Doctor
Quelle	37 Alt 2493, fol.25
Zeitraum	30.09.1660
Text	Mense Octobris Anno 1660/ Integro hoc mense propter negotia, quae muneris ecclesiastici ratione mihi peragenda fuere, academicum officium legendo facere non potui / Balthasar Cellarius Doctor
Quelle	37 Alt 2493, fol.26
Zeitraum	02.11.1660–21.12.1660
Text	Mense Novembris et Decembris / Anno 1660/ Die 2 mensis Novembris interpretationem epistolae 1 ad Thessalonicenses inchoavi, illamque statis deinceps diebus usque ad diem 21 Decembris continuavi, diebus [?] paucis exceptis quos disput. inaugral. funus academicum ac promotio in facultate theologica sibi vendicarunt / Balthasar Cellarius Doctor
Quelle	37 Alt 2493, fol.27

Zitierhinweis

Prof. Balthasar Cellarius. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur

CPH: Balthasar Cellarius

H E R Z O G
A U G U S T
B I B L I O
T H E K

frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel.
2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: <https://uni-helmstedt.hab.de/prof-39-cellarius> [07.07.2026]